





107.

DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> JURIDICA INAUGURALIS,  
DE  
**EXPELLENDO**  
**CONDUCTORE,**

Quam  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
DN.

**FRIDERICO WILHELMO,**  
REGIÆ STIRPIS PRINCIPÆ ET MARCH.  
BRANDENB.

SUB PRÆSIDIO  
**DN. HENRICI BODINI,**  
REGIMIN. ECCLES. IN DUC. MAGDEB. CON-  
SIL. GRAVISSIMI ET PROF. JUR. CELEBERRIMI,

Pro  
Summis in Jure honoribus consequendis,

Publicæ disquisitioni subjicit

ad d. April. MDCCIII.

**GEORG. THEOPHILUS SCHWARZMEYER/**  
Buckeburgo Schaumburgicus.

---

HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typogr.

26.

DIESER TATTOO IN RUDIGE MAGISTERIUS

# EXPLORANDO CONJECTORE

RECTEUR MAGISTERIUS  
SCHOLASTICO MARTINUS AC GOETHE

FRIEDRICO VON HERTZ  
KLEINE STÜCKE PHILOSOPHICAE  
BRANDENBURG

DR. HENRICI PODIUS  
PRAESES ECCL. IN DIC. MOCOBURGO

SUMMA IN LATEINISCHIS CONCORDIIS

PARVUS LIBER IN PAPERIS

GEORG THOMAS KÖNIGLICHER

PARVUS LIBER IN PAPERIS

CHRISTIANUS ALEXANDER HERTZ

5



## LECTOR BENEVOLE.

**E**st quidem materia de Expellendo Conductore vulgaris & trita, utpote quæ quotidie in foro occurrit, sed ipsam hanc ob causam eandem mihi elegi: nam ad ea potissimum debet aptari jus quæ & frequenter & facile, quam quæ raro eventiunt l. 5. ff. de Leg. Proinde ea potissimum sunt tractanda, quæ aliquando usui futura; dementia enim esset, ut cum Schneiderino Epit. jur. Feud. P. I. & 2. loquar, in tanta temporum egestate supervacua addiscere. Pauci enim ad annos triginta, pauciores ad quadragesima, paucissimi ad sexaginta perveniunt. Et, si tempora, quæ infantes, quieti & somno tribuuntur, detrahantur, modicum restabit tempus. Hanc ob causam illos semper sum miratus, qui, ostensuri eruditio orbi ingenii vires, materiam sibi tractandam eligunt, quæ raro aut nunquam in foro occurrit. Hæc itaque, quæ dicturus sum, si vera sunt, placebunt, si quid autem minus bene dictum erit, rogo Te, Lector Benevole, secure redargas, mibi enim satùs est, si præsens scriptura animum logentis incitet ad veritatis indaginem. Cæterum quia omnia tunc demum bene & competenter geruntur, si rei cuiusque principium fiat decens & amabile Deo. Justin. in Nov. 6. princ. Itaque animos nostros ad Dei Omnipotentis erigimus adjutorium, unde & mundi totius Elementa procererunt, & rerum dispositio in orbem terrarum producta est. l. i. Cod. de vet. jur. Encl.

A 2

I. N. D.

## CAPUT I.

## THESES I.

Definitio  
contractus  
Locationis  
conductio-  
nis.



alteri concedendam, vel faciendi necessitatem pro cer-  
Cur non de ta mercede adstringitur. vid. pr. insl. b. t. l. 14. l. 22. §. 1. &  
finitatur per 2. eod. In qua definitione studiose abstinui à phrasι con-  
uolum vel cessionis usus rei &c. sec. Struv. Synt. J. C. Exerc. 24. thes. 2.  
fruitionem. vel conventione rebus fruendi , ut loquitur Frantz. ad

ff. b. t. num. 56. cum Jure consultum deceat in adhibendis  
terminis artis suæ accuratum se exhibere, & veteribus sem-  
per visum sit, convenientius esse, singula negotia seu cau-  
fas, singulis appellationibus distingui. §. 5. quib. mod. test.  
infirm. Vocabula vero usus vel fruitionis rei , in iure no-

Si fundas stro jus aliquod in re involvant , quale conductori nullibi  
pro certa tribuitur. Et cum usus & ususfructus pactionibus quo-  
pensone u- que constitui possit. pr. insl. de ususfruct. neque essentiam ha-  
bendus fru- rum servitutum ingrediatur , ut præcise sint gratuitæ,  
endus tra- led & in hisce aliqua remuneratio quasi loco mercedis  
datur usus intervenire possit, non dubitarem afferere, quod si ali-  
fructus fin- golorum . utendum fruendum, daß solch Guht einem andern zu-  
annorum , geniesen und zugebrauchen übergeben und eingeräu-  
consetur rendicus. met

met worden / exinde , nisi de alia mente contrahentium ,  
 & de hisce vocabulis ex errore adhibitis aliunde con-  
 stet , jus aliquod reale possessori accessisse , & magis sin-  
 gularum annorum usumfructum venditum , quam lo-  
 cationem celebratam esse , quo privari non possit , nisi  
 ex causa , qua ususfructus amittitur , cum & ipse locator  
 sibi imputare debeat , quod talia verba adhibuerit , que  
 in dubio contra ipsum interpretanda sunt , *juxta L. 39 ff.*  
*de pac*t*.* Porro adducta definitio tam operarum quam  
 rerum locationem comprehendit , dummodo opera sub  
 necessitate faciendi pro certa mercede alteri promissa *quando o-*  
*per adici-*  
*alteri relictum (quod in gratuito semper presumitur.)* *iur locata.*  
 vel opera promissa certam determinationem non reci-  
 piat , licet remuneratio promissa sit , magis hoc pro ne-  
 gotio innominato , ex quo ante alterutrius adimpletio-  
 nem actio non competit , quam pro locatione condu-  
 ctione estimandum erit . In praesentiarum vero tan-  
 tum acturus sum de Conductore , von dem Pacht - oder  
 Mietsmann / qui predium aliquod a Locatore , von  
 dem Verpachter pro certa pensione conduxit .

## THES. II.

Cum autem dictum sit contractum locationis con-  
 tractionis esse consensualem , non tantum exinde sequi-  
 tur , quod ex eo statim ex conventione ante præstatio-  
 nem rei vel mercedis actio ad adimplenda promissa *contractus*  
*consensua-*  
*lis quid im-*  
*portet.*  
 competit , sed & quod qualicunque etiam tacito con-  
 sensu contrahatur , dummodo de concedenda rei utili-  
 tate ab altera parte , & de determinatione certæ merce-  
 dis respectu alterius aliqua certitudo haberi possit . vid.  
*L. 13. §. fin. & L. 14 ff. locat. ibique Dn. Brunnem. l. 16. Cod.*  
*eod.*

*de condu-  
ctione per  
legem pre-  
sumta.*

*non datur  
in jure de-  
ciso uni-  
versali.*

*epd.* Imo interdum consensus in hoc contractu per legem inducitur, arbitrio iudicis relicto, mercedem conductionis ex bono & æquo constituendi vid. l. 22. *pr. ff. de locat. conduct.* ubi singulare est, quod alter qui dem actione conducti teneatur, licet alter ex locato obligatus non sit. Gothofred. in *not. ibidem.* Porro cum locatio conductio consensu perficiatur, non aliter quam utriusque partis contrario consensu ab illa ordinarie recedi poterit l. 58. *ff. de pact.* Quia tamen omnis generalis definitio seu regula aut decisio in jure est periculosa, ut non aliquo casu subverti possit, l. 1. *ff. de Reg. jur.* etiam huius regulæ exceptions hic examinabimus, adducendo casus, in quibus conductor etiam invitus a locatore impune expelli possit.

THES. III.

*Conducto-  
rem quan-  
docunque  
licet expel-  
lere, etiam  
privata au-  
toritate.*

Ut autem clarius appareat, quid per expulsionem hic intelligamus, utrum scilicet privata autoritate illa fieri possit, an vero iudex hic implorari debeat? quælibet expellitur. Ubi contra communem doctorum opinionem, lere, etiam de qua vid. Frantzkius *tit. de locat.* n. 187. Struv. *Syntagm. Jur. Civ. Exercit.* 24. *Theb.* 13. &c. asserimus, quod locator quandounque, etiam sine omni causa, propria autoritate conductorem impedire & prohibere possit, conductionem ulterius continuare, sc. ad hoc, ut conductor nulla actio competat, ad rem conductam, vel ejus usum aut possessionem consequendam vel repetendam; sed potius si Dominum ad usum rei locatae admittere nolit; ex interdicto unde vi conveniri poterit l. 12. *ff. de vi & vi arm.* Et cum actio conducti non in rem (scilicet conductam) sed in personam competit, ideo locator sine causa conductorem expellens, tantum ad hoc conveniri

niri poterit, quod conductoris interest re conducta uti non licere, aut quod ex conductione fundi lucrum facere potuit l. 18. l. 24. §. 4. ff. de locat. cond. aut si contractui expressum pactum poenale de non expellendo vel impediendo conductore adjectum sit, ex eo actio ad poenam illam consequendam concessa l. 54. §. 1. ff. de locat. cond. Interim tamen si non tantum de impediendo agri locati usu agatur, sed locator conductorem ex ædibus conductorem ex ædibus ex edibus tamen con-  
stis expellere velit, hicque resistat, vim ipsi inferre, vi dejiciens puniendum aut foras infringere, non licebit, ne locator in poenam est. vis publicæ aut privatæ incidat; aut forte de rebus conductoris pro pensione residua vi ablatis vel retentis actione vi bonorum raptorum teneatur. Quo sine dubio DD. respiciunt, quando ex L. 176. de Reg. Jur. l. 3. Cod. de pignor. l. 12. ff. quod met. caus. cum simil. tali casu ejecitionem privam merito rejiciunt, ubi tamen non actio conducti de ipsa expulsione, seu impedita conductoris utilitate, ad hoc, ut conductor in pristinum statum restituatur, sed tantum de vi adhibita punienda, actio vel accusatio competit, nisi conductor solidam pensionem exceptio ubi futuri temporis locatori iamdum solverit, tunc enim ex conductor æde conducta illum expelli non oportebit l. 3. pr. Cod. de expelli non locat. cond. Quare, quando de expellendo conductore possit. speciales casus recenfere constituius, illud tantum secundum dictas hypotheses in questionem venit, quibus scil. casibus conductor ante finitum conductionis tempus impeditus vel expulsus, nullam propterea actionem ad interesse ex contractu locationis conductionis contra locatorem movere possit. Unde in fine Thes. præced. notanter adjectum vocabulum impune.

THES.

## THES. IV.

conductor  
 propter non  
 solutam  
 pensionem  
 expulsi, ba-  
 bet actio-  
 nem ad in-  
 teresse.  
 Et primo quidem DD. vulgo casum, quo condu-  
 ctor impune expelli possit, adducunt, si hic per bienni-  
 um pensionem non solverit. vid. Coler. de processu Exec. part.  
 I. Cap. 2. n. 176. Card. de Lugo de Just. & Jur. D. 29, sec. 1. n. 12.  
 Struv. de locat. cond. Thes. 13. Frantz. addit. tit. n. 186. pro  
 qua opinione confirmando allegant l. 54. §. 1. & l. 56. ff.  
 de locat. conduct. vid. Lauterbach. h. t. §. aliquando ta-  
 men Lit. F. & Struv. Dicit. loc. Quia vero dicta l. 54. de  
 poena in casum inviti conductoris expulsi, convenia-  
 nt, non vero de ipsa actione ad interesse, loquitur, & in  
 alleg. l. 56. de absentis conductoris seris aperiendis & re-  
 bus ipsius describendis agitur, & sic utraque lex casum  
 singularem decidit, ex iisdem generalis decisio, quod  
 scil. in omni casu cessationis per biennium solvenda  
 pensionis, conductor impune expelli possit; recte tor-  
 mari non poterit, sed si talis conductor residuum pen-  
 sionem offerat, & de reliquo in contractu praeinito  
 tempore, ratione exsolvenda mercedis locatorem  
 certiorem facere paratus sit, hunc, vel ratione residui  
 temporis conductorem admittere, vel eidem ratione  
 lucri cessantis ac interesse, satisfacere, actione conducti  
 teneri existimamus, idem quoque statuentes, si pena  
 conventionalis juxta l. 54. §. 1. contractu sit adjecta.  
 Multo minus ob moram ante biennium conductori ex-  
 pulso actio ad interesse deneganda arg. l. 14. Cod. de re-  
 scind. vendit. vid. Frantz. d. l. n. 181. Quamvis dissentiat  
 Richter P. 2. Dec. 81. Denique notandum, quod moro-  
 fus conductor, ita expulsus; ratione præteriti tempo-  
 ris actione locati recte conveniatur Frantz. d. l. n. 151.  
 cum seqq.

THES.

## THES. V.

Secunda causa, ex qua DD. concedunt, conductorem sine ullo ipsis adversus locatorem competente regresu, expelli posse, est inopinata locatoris indigentia. *i. 3. Cod. de loc. cond.* Accuratus tamen legem allegatam insipienti apparebit, tantum hoc ibidem decidit, quod quamvis alias Conductor, qui integrum pensionem solvit, invitus expelli non possit, argumento eius, quod in quoque negotio, ratione ejus quod in se. *Locatör*  
*conductör*  
*rem proprie-*  
*propriam*  
*indigeni-*  
*am expel-*  
*lenti tenetur*  
*ad interef-*  
*se.*

tuitus usus rei alterius, secundum naturam contractus erogatum est, jus retentionis competit, tamen non obstante facta solutione, jus retentionis exinde competens, cessare, & locatorem ad proprium rei suæ usum admittendum esse, si ipse re indigeat, salva tamen actione que conductori ita expulso ad consequendam personam conventam vel interesse competit, que generaliter, propter ruptam conventionis fidem conductori expulso conceditur in *l. 15. Cod. eod. junct. l. 33. §. fin. ff. eod.* Et quamvis Dd. vulgo adductos in *d. l. 3.* necessitatis casus a decisione *d. l. 15.* eximere velint, tamen cum in nulla alia causa, fatale damnum quod alicui contigit, alii citra hujus expressum consensum nocere debeat, nec valida obligatio ex alterius infortunio infringi possit. In specie etiam cum locatio conductio cum emptione venditione iisdem juris Regulis subsistat, *princip.* *Inst. de loc. cond.* ab emptione vero propter proprios venditoris usus recedi posse, nemo afferere ausus sit, sed, venditorem simpliciter ad rem juxta conventa tradendum, vel interesse praestandum (nisi ipsa res sine culpa ejus perierit) compellendum esse omnes concedant. Prorsus rationi juris absorum videtur, casum fatalem *qui* *anno*

quamvis  
conductor  
hoc casu  
simpliciter  
cedere de-  
bet.

sub propriis  
usibus, eti-  
am conti-  
nentur con-  
jugum & li-  
berorum  
indigenis.

qui locatori in aliis rebus, vel in sua persona contigit, conductorem sine hujus culpa gravare, & locatorem ab obligatione & debito ex valido contractu ortum liberare: proinde ne contra omne bonum & æquum, quod judex in talibus negotiis ante oculos habere debet, conductor nimis gravetur, locatori quidem ad inopinatos usus indigenti, licet huic pensionem solverit, & propterea ius retentionis obtinuerit in re conducta, cedere debet juxta d.l.3. non tamen ipsi denegandum, resarcitionem damni, quodrupta conditionis fide incurrit, actione ex contractu petere, d.l.15. eod. ubi tamen cæteris paribus potius tantum damni emergentis quam lucri cessandis ratio habenda foret.

## THES VI.

Cum vero dictum sit, conductorem, licet integrām pensionem solverit, locatori ad proprios usus indigenti cedere, & rem conductam dimittere debere, sub illis propriis usibus, necessitates uxoris liberorumque simul continentur, cum ad proprium patrisfamilias officium pertineat, hisce prospicere l. 2. ff. de iniur. & tot. tit. de agnos. & alend. lib. ac ob arctissimam harum personarum conjunctionem etiam in illis, quæ certæ personæ cohærent, illæ invicem non excludantur vid. l. 2. 3. 4. 5. ff. de us. & habit. quo etiam pertinet, quod cum ipsi donatori beneficium competentiæ concessum sit. §. 28. in fin Inst. de auct. eidem quoque propter supervenientiam liberorum revocatio donationis concedatur l. 8. cod. de revocat donat. quippe sanguinis ratione multa permituntur, alias non concessa Rol. a Vall. 1. Consil. 46. num. 46. vid. l. 13. Cod. de Advocat. divers. judicior. & Gothofr. in no-  
ta ibidem. Hinc ergo propter superveniens filiaæ ma-  
trimoni-

trimonium, cui ædes alteri locatas pater in dotem dare debuit, conductor cedere debebit; quod multo magis locum inveniet, si Curator Virginis, Ædes alii locavit, quæ postea nupsit, & cum marito hisce ædibus indigeret; cui conductorem cedere debere non dubitabimus, salvo tamen dicto regressu ad interesse contra curatorem, vid. Lauterb. ad b. t. §. *Conductor* lit. C. n. 8. Carpz. p. 2. *Conf.* 37. def. 2. n. 9. & quamvis nonnulli existimant, quod si locator a conductore locarium integrum accepit, tunc ipsum beneficio d. l. 3. tacite renunciasset, & conductorem plane expellere non posse, vid. Mæv. *ad ius Lub.* lib. 3. tit. 8. art. 2. hoc tamen quoad expressos in dīd. l. calus textui contrarium est, utpote ubi expressa solutam integrum pensionem fuisse, præsupponitur, & tamen expulso recentis casibus concedatur.

## THES. VII.

Quia tamen tales necessitatis casus non singendi, <sup>necessitas</sup>  
sed dilucidis argumentis probandi sunt, in agris vero <sup>probanda</sup>  
locatis fructus exinde colligendi ad res fungibles per-<sup>est</sup>,  
tineant, & æque pro pensione à conductore solvenda,  
comparari possunt, ac d. l. 3. de Ædibus locatis tantum <sup>in prædiis</sup>  
disponat, ideo concessa ex ædibus expulso, ad fundos <sup>rusticis non</sup>  
vel prædia rustica locata, non facile extendenda, licet <sup>procedit.</sup>  
dissentiat Gothotred. *in notis ad d. l. 3.* cum in hisce ratio  
legis, ex necessario inhabitationis usu desumpta cesseret:  
quod aliquot præjudiciis in foro se obtinuisse, testatur.  
*Magnif. Dom. Preses.* Neque standum juramento locato-  
ris, si ante finitum conductionis tempus, accepta inte-  
gra pensione, conductorem expellere velit, sub prætex-  
tu, quod ipse jam domo egeat, quia periculoseum est,

B2

aliquem

aliquem in propria causa judicem constituere l. 17. ff. de  
judic. & tot. tit. Cod. ne quis in sua causa.

## THES. VIII.

*propter ne-*  
*cessariam &*  
*pune expelli posse*, referunt refectionem aut correctio-  
nem refectio-  
nem  
conductor  
expulsus,  
nullam ba-  
bet actio-  
nem ad in-  
teresse,

Porto inter causas, ex quibus conductor plane im-  
cessariam & pune expelli posse, referunt refectionem aut correctio-  
nem refectio-  
nem  
conductor  
expulsus,  
nullam ba-  
bet actio-  
nem ad in-  
teresse,

admittendum non est, quam (1) si refectione sit necessaria, & incommodum conductoris aliter evitari non pos-  
sit, l. 3r. pr. ff. b. t. & (2) locatio bona fide facta fuerit, & eatus hic necessariae refectionis intervenerit, ut loca-  
tori nihil imputari possit. *ibid. in fin. princ.* & tunc pro-  
rata temporis tantum pensio remittenda vel restituenda  
l. 33. ff. b. t. Si enim refectione citra necessariam conserva-  
tionem, tantum quod melius ædificare velit, a locatore  
fuscipliatur, tunc conductori ad omne interesse obliga-  
bitur l. 30. pr. eod. E contra propter exiguum incommodum  
necessariae refectionis, nec conductor impune  
migrare, nec propterea deductionem in mercede fa-  
cere potest l. 27. eod. Quapropter si conductor modice  
refectionis incommoditatem sustinere velit, & nihilo-  
minus a locatore expellatur, merito ipsi actio ad quod-  
vis interesse concedenda: Imo post domum refectione si  
conductor desideret, in præsinam causam restitui, aut  
ipsi interesse præstari debet, uti probat Accursius ad  
l. 3. §. 3. in verb. domum ff. uti possideas. Quod Bartolus  
ibidem notatu dignum esse monet, quæ tamen restitutio  
non ratione temporis quod conductori propter necessa-  
riam refectionem decessit, sed ratione tantum tempo-  
ris reliqui intelligenda arg. l. 55. ff. de Reg. Jur. & si per  
refectionem conductori major utilitas accreverit, etiam  
huius ratio habenda, ne cum alterius damno locuplete-  
tur

missa

tur contra l.6. §. 3. ff. de negot. gest. De cætero in hac casu inopinata refectionis, similisve impedimenti fatalis, quod in ipsa re contingit, nulla ratione ejus conductori actio ad interesse competit. l.33. 34. ff. locat. exemplo venditionis, in qua post contractum perfectum periculum in emptorem transit, l. 1. & passim ff. de peric. & commod. rei vend. sed tantum deducenda merces pro rata temporis juxta d. l.27. b. t. quod locum quoque habebit, licet non obstante beneficio hujus legis expresse fuerit renunciatum, te renunciacione beneficii ex d. dummodo, necessitas reficiendi, forte per incendium aut tempestatem cauata, inopinato supervenerit, cum ad incogitata conventiones extendi non possint; & nemini imputandum illud in se recepsisse de quo tempore contractus contrahentes non cogitarunt. vid. Carpz. p. 2. c. 37. def. 20. inf.

## THES. IX.

De cætero non unam eandemque opinionem fo-  
vent interpretes juris Saxonici, de questione, an heres Saxonico  
teneatur flare locationi à defuncto facte? Schneide-  
win. ad §. ult. num. 2. Inst. de locat. conduct. & Math. Coler.  
Part. 1. Decis. 8. num. 12. statuunt, heredem expellere posse  
conductorem, licet tempus nondum sit finitum, freti  
Artic. 77. Lib. 3. Land. Rechte ubi, locatore intra tempora  
locationis decedente, heres ejus contractum servare,  
non teneri Statutum videtur. Ast hisce respondemus,  
quod ex ratione huic articulo adjecta, nimirum quod  
defunctus non potuerit diutius agrum conductori gua-  
rendare, nisi quamdui viveret, fatis appareat, jus Saxe-  
nium de tali loqui agro, cuius dominium locatoris non  
diutius eslet, quam quoad viveret, & sic Regula desum-  
pta ex jure civili & naturali sibi locum vindicat, nam  
jure locantis resoluto, jus quoque Conductoris resolvi

B3

necessitatem

necessè est, l. si quis domum. 9. §. 1. ff. locat. l. 31. ff. de pignor. Manet igitur stabilis sententia, quod quoties locator dominium rei locata ad hæredes tuos transfert, quoties hi ex contractu ejusdem etiam de jure Saxonico non minus sunt obligati; quam de communi civili jure, & hanc opinionem hodierna fori Saxonici practica abunde, probat; quemadmodum testatur Wesenb. in Parat. ff. locat. conduct. n. 13. Sane extra omnem dubitationis aleam positum est, in provinciis Electoratus Saxonici heredes teneri stare locationi à defuncto factæ. Confer. Conf. Sax. 37. Part. 2.

THES. X.

*uxor recte  
post mor-  
tem mariti  
expellit con-  
ductorem  
fundi do-  
talis.*

Sed dicta limitationem recipiunt nam uxor potest, matrimonio morte soluto, expellere conductorem fundi dotalis, locati à defuncto Marito, quamvis rectius dicamus, ratione hujus fundi uxorem non esse mariti hæredem. Ratio est, quia vidua, vivente adhuc marito, fundi dotalis domina existit, adeoque jure non hæreditario à marito hunc consequitur. Anthon. Faber in Cod. Lib. 4. Tit. 41. defin. 37. num. 34. Accedit, quod locatio species sit alienationis l. 1. in princ. Cod. de jur. Empo l. ult. Cod. de reb. alien. non alien. ex quo sequitur, maritum in præjudicium uxorii suæ fundum dotalem alienare, neutiquam posse, per l. 1. & tot. tit. ff. de fund. dota. inde judex sententiam hac formula fert, dieweil die Wittib / ratione fundi dotalis, des Manns Erbe nicht worden / sondern allbereit bei seinem Leben das Eigenthums-Recht / in sothanem fundo gehabt / der defunctus maritus auch denselben weiter nicht als aufsein Leben (denn so lange steht ihm die Fruchtniesung zu) vermiethen können. So ist obgedachte Wittwe den von ih-

rem

rem Manne getroffenen Mieths Contract auszuhalten nicht pflichtig / besondern es ist Conductor schuldig den Acker liegen zu lassen. Et hoc casu nullam mulier conductori facit injuriam , jure enim , qui utitur suo , neminem directo laedit . Vidua fundum repetit dotalem , matrimonio nimirum morte dissoluto , certo persuasa , maritum dotis conditionem deteriorem reddere haud posse , arg . I. Attilicinus 17. ff. de patr. dotal. nec conductor habet causam querendi de ullo damno sibi illato , licet enim non habeat contra viduam actionem , tamen nihil est impedimento , quin haeredes mariti defuncti convenire & ad interesse agere possit , nisi sciens fundum esse dotalem contraxerit ; conf . I. 51. filiofam. 25. S. ult. solut. matrim. Et quoties conductor frui prohibitus ex causa quam locator potuit providere , toties regulariter in- demnis servandus est a locatore ejusve haeredibus , per ea que tradit Anth. Faber . in Cod. lib. 4. tit. 41. Def. I.

## THESS. XI.

In l. 3. Cod. de locat. conduct. quoque dicitur , conductorum qui integrum pensionem solvit , propter rei locatae abusum expelli posse , de quo eo minus dubitandum quo & Emphyteuta licet hic ius dominii habeat , si rem deferiorem reddat jure suo cadat , nec tali conductori propter expulsionem , ipsius culpa factam , actio conducti ad interesse concedenda . Quis enim patiatur rem suam culpa alterius fieri deteriorem ? Sed quid si conductor rem conductam alteri iterum locaverit , annetunc jure cadit suo ? Respond . quod non , conductor enim tertio iterum locare potest predium etiam invito locator , vid . l. 6. Cod. de locat. & cond. ast hoc limitationem recipit , si enim minus idoneo rem locaverit . vel in

*Conductor  
tamen, a-  
ctio ex con-  
ducto con-  
tra haeredes  
mariti con-  
ceditur.*

*qui re con-  
ducta male  
utitur im-  
pune expelle-  
luntur.*

in specie diligentia personæ electa . aliud dicendum ergo.  
dicit. Leg.

THES. XII.

*Quod in physico & morali ab usu locum habet.* Abusus vero rei locatae diviturn in naturalem & moralern , naturaliter e. g. fundus deterior redditur , wann ein Pachtmann den Acker aushungert / keinen Mist hineinfahren lässt / und das Stroh verkaufft / moraliter vero quis abutitur , e. g. æde conducta , quando Conductor lenonem agit , meretrices recipit , & fures alit , vel quando alio modo turpe quid & indecens in ea exercet . Et quidem hoc in calu non solum expelli potest conductor , sed tenetur quoque locatori ad interesse omnne ; Dann wer ein Gottsfürchtiger und Erbahrkeit liebender Mann ist / wird Bedenken tragen / ein solches Haus wieder zubeziehen / worin solche Himmelschreinen de Sünden begangen seynd . Solange nun ein solches Haus / wegen ob angeführter Ursache / ledig steht / muß der Inquilinus das jährige locarium geben / & hoc est quod diximus , conductorem teneri locatori ad interesse .

THES. XIII.

*An conductor propter venditionem expelli possit pro contra.* Denique tralatitium est , emptorem non teneri statere , locationi a venditore factæ , per l. 9. C. d. loc. cond. unfaßtam venditionem possit locati , conductor impune expelli possit , ita ut huic nulla propterea concedenda sit actio ; Cum vero maxime iniquum videatur , Venditori ita licere , fidem valido contractu datam , defraudare , contra regulam , quod semel placuit amplius displicere non debet ; potius juxta justissimum effatum Imperatoris Justiniani in l. 35. §. 3. in

*in fin. C. d. don. concedendum sit, oportere vel minime ad promissiones aliis faciendas prosilire, vel cum quis ad hoc venire properavit, non aliis ex cogitatis artibus suum propositum defraudare, & tantam inde votio n em, legitimis quasi velamentis protegere, inde que non appareat, in hoc casu vel emptori vel venditori validam actionem competere, qua conductor expelli posse, non locatori, cui semper obstat exceptio conducti, nec emptori, in quem plus juris non potuit transferri quam venditor habuit, ac in quem ob defectum vacua possessionis traditio nondum rite facta, &c.* Ideo, Moller.  
*q. Semebr. 14. & lib. 2. Concl. Sax. 37 n. 3. & ex Recentioribus ingeniosissimus Dn. Zoll peculiari tractatu Miete gehet für Kauff / aliique, dictam regulam Kauff gehet für Miete / tanquam oppido iniquam opugnant, ac d.l. 9. C. d. loc. cond. ad casum singularem referunt, ubi quis vendere intendens forte non statim apparente emptore, interim cuidam fundum locaverat, mox tamen an- requam conductor in fundum admisus sit, vel eius cedula ullas impensas fecerit, emtorem illius fundi invenit, quo casu conductorem ex bono & aequo contra- etui suo insistere non posse, sed emtori cedere debere, in d.l. decisum esse volunt; extra illum casum vero, & postquam conductor, in fundi locati possessionem admissus est, illum nullo modo ab emptore expelli posse admittunt, provocantes simul ad observantiam & statuta aliorum judiciorum, ubi propter venditionem factam, conductorum expellere non licet &c.*

THES. XIV.

Verum cum supra probatum sit, conductori neque possessionis neque illum aliud jus in re competere, l. 39.

C

ff. Loc.

ff. Loc. l. 80. §. f. d. contr. cont. ibique Dd. vid. Struv. Synt.  
 Fur. Civ. Exerc. 24. tb. 18. sed tantum, ex contractu conductionis personam locatoris ipsi ad inter esse ex contractu  
 obstrictam esse, hoc vero jus ad rem, tantum ad inter esse  
 consequendam competens l. 15. §. 8. l. 24. §. 4. ff. loc. cum sm.  
 locatoris personam afficiat, ac ita, in contractu fundatum  
 offibus personæ inhæreat, & in singularem successorem  
 sine hujus consensu non devolvatur; sequitur quod  
 emtor ex locatione a venditore facta, conductori non  
 sit obstrictus d. l. 9. sed si talis conductor emtorem ad-  
 mittere nolit, de arrogata sibi possessione, interdicto  
 unde vi teneatur l. 12. ff. d. vi. & vii. arm. licet jamdum in-  
 tegrā pensionem solverit; quamvis enim ratione talis  
 facta solutionis, ipsi ordinarie jus retentionis concesserim-  
 mus ex l. 3. C. b. t. tamen cum hoc retentionis jus a pigno-  
 ris jure in eo differat, quod illud ex certo contractu  
 competens contra tertium non habeat effectum, ideo  
 hæc retentio tantum contra locatorem agentem locum  
 inveniet; qui ne quidem sub praetextu venditionis fa-  
 ciat, conductorem ejicere poterit, nisi eidem ex con-  
 ducto juxta l. 15. §. 1. & l. 25. §. 15 ff. Loc. satisficerit; con-  
 ductor vero ab emtore expulsus contra Venditorem ad  
 dictam satisfactionem habebit regresum dicit. textibus &  
 l. 24. §. 4. l. 30. & l. 32. eod. Quia tamen quod in fraudem alio-  
 rum factum assistentia juris destituitur, ideo si emtor,  
 sciens alium in conductione fundi esse, fundum emerit,  
 ac venditori forte cito abeunti, integrum pretium solve-  
 rit, ac tali collusione jam conductorem expellere velit;  
 hoc merito non admittendum; sed res in pristinum sta-  
 tum revocanda argumento actionis Paulianæ, & que  
 in fraudem creditorum alienata dicuntur &c. Et hinc  
 cum

cum omni modo conductori satisfieri debeat, licet emtor ipsum in fundo relinquere nolit, facile superioribus du- biis occurri poterit. Quemadmodum peculiari scripto laudati Dni. Zollii Antecessoris Rinthelenis tractatum Miete gehet für Kauff/refuravit, Marpurgensium Decus. Dn. Zaunschleifer quo lectorem remitto. Dantur tamea causas, ubi ipse emptor conductioni venditore factae sta- re tenetur (1) si expresse venditio sub illa lege facta, ut conductorem ad tempus conventum in fundo relinquat (2) si conductor ratione sui contractus & ne ante præfi- nitum tempus ejiciatur de hypotheca sibi prospexit, tunc enim res non aliter, quam cum eodem onere, quo semel est affecta, ad emtorem transit, (3) si quis emit à fisco, quo cau ne fiscos à conductore actione ad interesse pulsetur, hunc ante finitum conductionis tempus ejicere empto- rinon licet. l. 8. §. 1. ff. de reb. author. jud. possid. vid. Carp- zov. part. 2. Constat. 37. Def. 4. Frantz. ad tit. loc. condukt. 243. § 227. E contra vero ex iisdem allatis rationibus fluit, quod fundo alteri locato vendito, invitus condu- ctor ab emtore compelli non possit, factam conductionem continuare, sed huic etiam ante præfinitum tem- pus recedere liceat, pro rata temporis quo fundo usus est tantum satisfaciendo venditori, tanquam suo loca- tori.

## THES. XV.

Tandem quoque videtur illum Conductorem ex Non potest pelli non posse qui sub Contraktu Socide (uti vulgo expelli, qui vocatur) præmium conductum accepit, cum huic in sub contra pecoribus quasi ususfructus sit constitutus, da ihm das Etu Socide Bieh als eiern Bieh übergeben und zugeeignet worden / per quem quasi ultimorum illius inventarii domi-

nium consecutus est, & cum illud inventarium in re locata conservari debeat, aliquod jus in re ususfructui simile, hoc casu ipsi competit, ex quo tam remediis possessoris contra iniquum locatorem expellentem, quam actione in rem uti poterit; tot. tit. ff. si ususfr. pet. Sola enim locatio, dominium non mutat. l. 39 ff. Locat. l. 80. §. f. d. contrab. emt. proinde, translatio dominii quae in contractu Socidæ contingit, aliquid amplius quam locationem importat, ut ita expelli talis conductor, non possit; etiamsi integrum conventam pensionem anticipando nondum solverit. vid. Tabor tract. d. jur. Socidæ adl. 27. C. d. Pat. cum autem tali conductori jus quasi ususfructus competere dictum sit, quod simul quasi proprietatem prelupponit, sequitur quod pestis pecorum aut hostium incursum aliudve incogitatum damnum, per quod integræ greges pecorum perierunt, ab eo qui sub Socidæ conventione inventarium accepit, non sit præstandum, arg. l. 9. §. 4 ff. b. t. Quemadmodum de jure talis ususfructuarii, si ipsa res in qua quasi ususfructus constitutus, casu fatali periit, contra communem Dd. opinionem, pluribus demonstravit & præjudicio confirmavit, Praeses in addition. ad Illustr. Dni. de Retz. Medit. ad insl. jur. tit. de ususfr. §. d. quasi ususfr. quod tamen non habebit locum, si inventarium conductori plane venditum sit, finita conductione non restituendum, tunc enim manifestum est, quin emtor inventarii ejus periculum omni casu præstare debeat, l. 1. l. 7. l. 8 ff. d. peric. & comm. rei vend. §. 3. pr. I. d. loc. cond. quod eo magis post factam traditionem obtinebit, cum nullum dubium sit, quin res pereat suo domino.

TH. XVI.

## THES. XVI.

De cetero, cum Locatio conductio sit contractus *An conductio-*  
*bilateralis*, ac locator conductori praestare teneatur, *stor qui*  
*ut re commode uti possit, l. 25. §. 2. l. 19. §. 2. ff. b. t. in proper im-*  
*tantum ut si locator impedimentum non tollat v. gr. peditum u-*  
*ostia fenestrasve non restituat; inquilino impune a sum, inte-*  
*conductione recedere ac ædes reliquere licet; non grampensi-*  
*immerito queritur; An Locator Inquiline de impe-*  
*dito usu conquerentem, & vel reparationem vel pen- onem solve-*  
*sionis remissionem pro rata urgente, si locator expellit pos-*  
*pedimentum tollere nolit aut non possit, ad concef-*  
*sam ipsi derelictionem cogere, ac ita eundem invitum,*  
*sine præstanta ipsi satisfactione expellere possit? ita*  
*quidem, wann er das Haus in sochem Stande nicht*  
*behalten / und dafür die völlige Pacht-Gelder bezahlen*  
*wolte/möchte er ausziehen/er gestünde ihm nichts/ wol-*  
*te ihm auch im Weigerungs-Fall die Pacht hiemit auff-*  
*gekündiger haben. Ad quam questionem responde-*  
*mus negando, quemadmodum enim si locator impedi-*  
*mentum tollere paratus sit, conductori a conductione*  
*recedere impune non liceret, licet instituenda repara-*  
*tio, aliquam incommoditatem allatura sit, ita si locator*  
*in culpa sit quo minus fiat, per hoc jus conductoris*  
*infingere non poterit, nec damnum quod in ipsa re*  
*ad impediendum ejus usum contigit, conductori im-*  
*putare; d. l. 25. §. 6. quamvis huic jura concederint, si*  
*vel, a conductione recedere. d. l. 25. §. 2. b. t. quod enim*  
*in favorem alicujus est introductum, non debet tor-*  
*queri in ejusdem odium. Hinc si lumina ædium con-*  
*ductarum obfiscurentur, d. l. 25. §. 2. vel in aliqua parte*

ruina contigerit, ejus usum impediens, l. 19. §. 6. eod. vel  
 hostium incursum acciderit, l. 13 §. 7. quamvis conductor  
 propterea rem conductam relinquere possit; tamen si  
 manere velit, expelli non potest. sed pro rata impeditius  
 fus merito remissionem pensionis exigit. l. 15. pr. ff. b. t. nisi  
 damnum sit modicum, vel etiam impedimentum non diu  
 duraverit, tunc enim remissionem propterea conductor  
 non recte exigit, l. 24. §. 4. eod. sic etiam si in transitu  
 militari milites ex peculantia conductori aliquid abstulerint,  
 damnum solius conductoris est; l. 15. §. 2. in ff.  
 eod. quod hisce bellicosis temporibus apprime notandum;  
 res enim perit suo domino. Sic quoque  
 si propter hostium incursum fundum deferuerit  
 & domino non denunciaverit, cum hoc facere po-  
 tuerit, locatoris damno hoc fieri non debet. l. 13. §. 7.  
 eod. idem dicendum si propter pestem conductor fundum  
 reliquit; Et hisce casibus fatalis impedimenti, eo  
 cessante, ratione residui temporis, conductorum obliga-  
 tum manere verius est. vid. Card. de Lugo Diff. 29. Sett.  
 1. n. 31. Ripa Tract. de Pest. tit. de privil. contratt. cauf. pest.  
 n. 22. secus si Locatoris culpa impedimentum ad aliquod  
 tempus causatum sit: juxta l. 24. §. 4. ff. b. t. Si vero conductor  
 conqueratur, ipsum in aedibus per spectra inquietari (qua-  
 lia dari non dubitamus) & hoc probet, impune quidem  
 aedes illas relinquere poterit. vid. Gothofr. in not. ad l.  
 27. b. t. Frantz. b. t. n. 122. Christin. Vol. 3. Diff. 21. n. 23.  
 Gometz. lib. 2. c. 3. n. 3. remissionem vero pensionis pro-  
 pterea a Locatore non recte exiget, cum ipsi liberum  
 fuerit, statim aedes relinquere; si tamen locator sciens  
 conductori hoc non praedixerit, & per subitaneam mu-  
 tatio-


tationem quam propter spectra instituere debet, conducedor damnum incurrat, pro eo actio conducti ad interesse ipsi non deneganda.

EPILOGUS.

PLura equidem de fertilissima hac materia hic adducere constitueram, temporis vero angustia inclusus, dum inevitabilis festinatio, ulterius praelum expectare non permittit, reliqua alia occasione uberius prosequenda, reservare cogor, rogans interim benevolum Lectorem, ut si in quibusdam me sine sufficienti ratione a communi opinione recessisse, aut alias errasse opinetur, amice hoc redarguere & meliora substituere velit, certus quod veritatem monstrantem, sine

animi præoccupatione sim secundus.

DEO SIT LAUS ET  
GLORIA.



COROL-

## COROLLARIA.

I.

**C**onductio perpetua, item in longum tempus, eum expressa conventione, quod conductor rem eosque retinere & expelli non debeat, post traditam possessionem jus in re producit.

II.

Conductor qui omnes casus fortuitos in se recepit, non tenetur de caso insolito.

III.

Locatio tacita in prædiis rusticis non tantum anno finitur, sed pro telluris diversitate etiam ad lustrum recte extenditur.

IV.

Conductor de incendio in ædibus orto non tenetur, nisi probetur, ipsum rem conductam non ita uti propriam custodivisse.

V.

Conductor ultra levem culpam non obligatur, proinde si equus ad venationem conductus perit, locatoris damnum erit.



COROLLARIA







DISSESSATIO JURIDICA INAUGURALIS,

DE

# EXPELLENDÓ CONDUCTORE,

Quam

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
DN.

**FRIDERICO WILHELMO,**  
REGIÆ STIRPIS PRINCIPE ET MARCH.  
BRANDENB.

SUB PRÆSIDIO  
**DN. HENRICI BODINI,**  
REGIMIN. ECCLES. IN DUC. MAGDEB. CON-  
SIL. GRAVISSIMI ET PROF. JUR. CELEBERRIMI,

Pro

Summis in Jure honoribus consequendis,

Publicæ disquisitioni subjicit

ad d. April. MDCCIII.

**GEORG. THEOPHILUS Schwarzhmeyer/**  
Buckeburgo Schaumburgicus.

---

HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typogr.

26.